13
BIBLIOTECA UNIVERS. SEVILLA

ADDITIO

AD MANIFESTVM CATENÆ LIBERTATIS.

AD quid? Quia aliqui Theologi opponunt ſenſum S.Scripturæ,& PP.traditum ibi non eſſe genuinam eorum mentem. Hæc non eſt pia contradictio,nec ſcientifica, nam reſpuit ſatisfactionem, niſi alio opere integro, nec negat authoritates eſſe literales, vt ſunt ex originalibus, vnde ſenſum non literalem ſuppònit ſolum verum, in illis, quem ſimulatum tacet, vt licet ſit innanis, vel hærecus poſsit vt petra offendere,& non calcari. Cur in puritate Carnis SS.Virginis, eiuſque Filij deſpicit Theologus probationes in finito modo, ſine ſpeciali ratione ſui intellectus, ita vt pateat ipſum ſentire nihil totius operis eſſe probabile? Sed, quia attingitur totum motivum rei expertis aliorum Theologorum ſenſibus, quod eſt non credere Chriſtum eſſe abinitio, ideo nec Scripturam, aut PP. poſſe in hoc ſenſu loqui, ideo fit hæc additio, vt de fide hoc ipſum credatur, & PP. ſic debere intelligi. Et contra arguunt.

> *Ego ex ore Altiſsimi, &c.* Eccli. 24. *Simul atque nata ſum Patris tui, vt arbitror. ex mente ſumma me meus nutrit Pater.* Ex famoſo Theologo Nazianz. Carmine de Chriſto patiente. Col. 3. in fine.

Non eſt contra fidem, quod Verbum incarnatum Filius naturalis Virginis,detur ante Adam? Non; ſed ex vtroque Teſtamento. Cum ſint ambo Primogeniti ante omnem creaturam(quia in Carne vna ſimul creati primi,ex Math. 1. 25.)vt in marg.& in tota Script. probatur in Catena literali, & in laterali cum PP. & DD. Eccleſiæ dignioribus, ac antiquioribus, & modernis. Nullam horum authoritatem amittit Eccleſia, vel vtitur in contra. Nam, cum ipſa illi docent generationem Abrahæ in Chriſto; non autem negat, quando fuit non Abrahæ, ſed inchoata ante omnes, quæ providentia debet credi ex PP. etiam rationibus noſtris rectis cum fide. Sc.

> Primatum in creatione Chriſti & Mariæ. Prov.8.á v 22. Sap.7. 29. Eccli.1. 8. & 24.5. Ioan.3.30. 8.50. Math. 19. 4. conſtrue. Cor.15. 45.

1. Quod, ſunt ante omnes in Cœlo duo vnius Carnis, qui Primogeniti in mundo. 2 Quod ſit Chriſtus,non ſolus, ſed *Primogenitus in multis fratribus.* Rom.8.29.horum membrorum Caput. Sine quo non fuit Corpus Caro eius, & Eccleſia ex Auguſt. *Chriſto pertinet illud...Dn̄s. creavit me in princ. viar. ſuar. eſt enim eius principium Caput Eccleſiæ, quod eſt*

> Col.1. à v. 15.per tot. Iſai.49.16 Baruch. 3. 32.8. Michæas 5.2.

—Fr. Ju. Riquelme—

eſt Chriſtus. Auguſt. to. 10. ſerm. de Nativit. 22. 3. Quod ſine mediatore homine, non detur homo cum præcepto, Eccleſia ſine Pontifice, Populus ſine Rege illo à Deo conſtituto ſup. Sion; datis Gentibus inhæreditatem, & poſſeſsionem. 4. Quod non detur natura media, cum vnico Adam animali, ſine Adam in ſpiritum vivificantem, qui non conceditur rationaliter hic Adam poſt 50. ſæcula, nec fundata perfecta natura, ſine cauſa animæ rationalis in ea. *Ita ſibi creavit animam Dei Filius, vt cæteris creat.* Auguſt. tom. 2. Epiſt. 99. & idem. tom. 3. lib. de fide, & Symbolo. c. 14. in fine. *Nos autem in eum credimus, per quem facta ſunt omnia, non in eum per quem facta ſunt cætera.* Ergo prius ſe fecit, vel non omnia. 5. Quod ſciamus, quis fuit ille homo, quem creavit Deus cum fœmina in ſpeciem humanam, quorum poſt cap. 1. nulla ſit menſio in Scriptura. Cuius etiam erat illa Caro implens ſciſſuram lateris Adæ dormientis. 6. Quod ſciamus, quando, quomodo, & ad quid aſſumpſit Natura Divina humanam; vt ſequitur de quando.

Auguſt. in Manif. p. 31.

Idem. in Manif. p. 7 S. Ambroſ. de fermento. ſerm. 5. H. fol. ſuo. 190. *Omne hominum genus in ſubſtantiã ſuam ſui poteſtate protraxerit..*

Nã quum homo Dñs. Ieſus, vnus, & ſolus eſſet in mundo, tanquã fermentum in maſſa reconditum, univerſos homines præſtitit eſſe, quod ipſe eſt. Id, & Nizen. in natura cõpleta ante Adam. in Manif. pag 20.

Veſtigatio de tempore Incarnationis ſcrutanda. Petit præ eſſe ad illam naturam Divinam incarnatam, & ſcire ad quid, & quando. In primis congruit recurſus ad quatuor Concilia principalia in Eccleſia, comparata quatuor Evangelijs, ex quibus canitur Symbolum Miſſæ, & in quibus ſola admittitur vna fides Nicæna. Et ſunt Nicænum contra Arrium. Cum 318. Epiſcop. Conſtantinopol. contra Petrum Anthymum. Cum 165. Epiſcop. extenſum in 6. Synodo cum Imperatore, circa duas naturas Chriſti. Epheſinum contra Neſtorium. Cum 200. Epiſcop. Calcedon. contra Eutiquen negantem in Chriſto duas naturas, in quo ſpecialiter vnitur cum Epheſin. Can. 1. obſervari Nicænam fidem ſtatuit. Can. 7. extendit illam expreſsis Verbis, quibus Symbolum canitur in Miſſa. Cum 630. Epiſcop. in ipſis legitur fides, & ſequitur ſola Nicæna. Nullam aliamque. Epheſina iſta, ad intentum ait. Cap. 13. *Non enim dicimus, quod Dei natura converſa, vel in mutata facta ſit Caro: nec quod in totum hominem, qui eſt ex anima, & corpore, tranſmutata ſit; ſed magis, quod carnem animatam anima rationali ſibi copulaverit.* (Secundum hypoſtaſim, ait ipſa litera, apud Evagrium) *non nuda tantummodo voluntate, ſed nec aſſumptione ſola perſonæ; ſed, quod diverſæ quidem naturæ in vnum convenerint. Vnus tamen ex ambabus Chriſtus, & Filius, non evacuata, vel ſubla-*

Litera Epheſin. Concil. eſt in Carranza, & Socrate, ac in Nicephoro, & Evagrio.

Modus, quo extitit in Chriſto natura Divina,

ſublata diverſitate naturarũm, per coniunctionem. Itaque *is, qui ante ſæcula omnia eſt natus ex Patre, etiam ex muliere eſt carnaliter procreatus.* (Nondum inquit natus) *in tempore. Non Divina ipſius natura de Sacra Virgine ſumpſit exordium, ſed quia propter noſtram ſalutem, naturam ſibi copulavit humanam, & proceſsit ex muliere, in ipſa vulua, vteroque virginali ſecum carnem coniunxit... ſic illum dicimus, & paſſum eſſe, & reſurrexiſſe, non quia Deus Verbum ſua natura paſſus ſit... In erat enim in eo corpore, quod patiebatur, Deus qui pati non poterat.* Hoc attingit finis temporalis vitæ humanæ. Quid inquit de initio? Ibi ait. *Id autem eſt oſtendere Dei Verbum ſimiliter ac nos principium habuiſſe carnis, & ſanguinis, & corpus noſtrum proprie ſuum feciſſe.* Ergo Synodus, Carnis Chriſti ſupponit de fide tempus eſſe vnum principium, & noſtræ carnis à creatione huius, cum ſit corpus *noſtrum proprie Chriſti* ſenſum iſtum attullit Athanaſ.) & ideo ſimul fecit illud, & ſeipſũ Caput noſtrum, & Adæ. Immo Adam vivificantem, & Caput viſibile corporis Eccleſiæ. (Vnde calcabis cum *Caſtro* hereſin antiquam, & hodiernam cum *Porteros* reformatorum negantium Eccleſiam viſibilem, & conſequenter ſine Carne Chriſti, & ſine Capite in Sinagoga, & in Angelis. Quando dant tempus in quo non erat Chriſtus.) Quum ſemper fuit, & eſt vna, & ille vnus, *Primogenitus omnis creaturæ.* col. 1. Rom. 8. 29. ac. S. Ioan. *Chriſoſt.* & *Beda.* & tunc ſimul ſe fecit Pontificem (cuius fuerunt primitiæ naturæ, quas aſſumpſit;) mediatoremque paſsibilem, ideo Redemptorem. Et Regem, ac Dominum gentium, & Angelorum. Aſt citra hæc ſupponit ipſum Concilium in alios Canones cum Anathemate: extenſionem ſenſus. Vt ait C. 5. *Verbum factum eſt Caro, & communicavit, ſimiliter, vt nos carni, & ſanguini.* Verba ſunt Iſaiæ, quæ allegat. S. Paulus. ad Hebr. 1. 13. & ſimilis dicitur mutua communicatio Carnis Chriſti, & puerorum, quos dedit ei Deus vivificandos, quod ſpecifice eſt, ideo abinitio tantum naturæ, & temporis intelligibile: & Can. 11. *Si quis non confitetur Carnem Domini viuificatricem eſſe... quia facta eſt propria Verbi cuncta viuificare valentis.* Cuncta dicit vniverſaliter, ne Iudicetur omnis caro dicere viuificata in Carne Chriſti, non eſſe credibile, nam multi, quos ſtimamus Doctos, hoc

Chriſoſt. ſup. Paul. Col. 1. inf. & Beda. p. 14.

Chriſtum autem accipe non ſolũ illum, qui ſecundum carnem eſt de Maria Virgine. Totus enim Chriſtus eſt Caput, & Corpus omnes in eum credentes; quia non poteſt aliquis hoc Corpus decollare, nec hoc Caput eſt ſine Corpore, ſemen ergo David eſt Chriſtus, & Corpus eius. Beda. ibi. pag. 14. & Chriſoſ. de Primogenito infra.

Nota. quod hęc duo capita predixit S. Paulus, in Adam viuificante. 1. Cor 15. 45.

Circa initium, naturæ in carne Chriſti vide Tertul. ibi. p. 35.

non

non credunt de carne ſiſica ; ſed moraliter cum hoc ſit Dogma commune de concorporatione (Effeſ.3) Patrum, quorum in opere citantur 50. diſtincte, & S. Auguſt. in Brevia. & ille Theologus Nazianz. ait de cauſa incarnationis fuiſſe, *vt ipſe quoque tantum Deus efficiar, quantum ille homo.* ibi.pag.15. Quoniam caro noſtra non eſt immediate hypoſtatice vnita Verbo, ſed carni ſic vnitæ *ex Damaſc.* Vnione Charitatis atque exiſtentia vna. ibi. pag.15. qui dicit etiam *aliud eſt vnio, aliud Incarnatio.* Hæc Doctrina tenet ipſa Synodus dicens, quod propter nos homines, & propter noſtram ſalutem, naturam ſibi copulavit humanam, & proceſit ex muliere *in ipſa vulua, vteroque Virginali ſecum carnem coniunxit.* at. Can.1. ait de fide, *Deum eſſe Emanuel... & proptere a Deigenitricem eſſe Sanctam Virginem.* Hic nota, non dici Deus eſt Verbum, cum Emanuel ſit nomen hominis, & Caro, & quod in his quatuor Synodis vna fides Nicæna eſt, præter ſecundam in qua extenditur qualis in Miſſali; ſed nomen Verbum formaliter non ſcribitur, nec nominatur, & ſic in Credo, aſt in Chriſto, credit, & docet Verbum, vt in Evangelio. Ioan. 8. 25. Chriſtus nominatur *Principium*, vnde *in principio erat Verbum.* Hoc eſt Principium cum Patre, vt Pſalm. 109. 3. *Tecum Principium... ex vtero ante Luciferum genui te.* Ecce Primogenitum omnis creaturæ, vt inquit S.Paul.Coloſ.1. & dicit *S. Athanaſius* infra cũ ipſo Apoſtolo, & exponit *Titelm.* ibi. *Ideo eſt Caput Corporis Eccleſiæ, qui eſt Principium.* Col.1.18. Aliter non poſſet, vt homo præcedere Eccleſiam, nec creaturas omnes, quas creavit cum ſua Divinitate, vt ait *S. Dioniſius.* ibi. pag. 13. *Omnium eſt cauſa, cunctaque replet Ieſu Divinitas.* Vnde dicto Ieſu Chriſto non fuit expræſſum in fide Synodorum cum diſtinctione nomen Verbum, quia dicto Chriſto, ſimul dicuntur duæ naturæ, vt in propoſitione orthodoxa, inquit *S.Damaſcenus.* ibi. pag. 13. *Chriſti vocabulum Perſonæ eſſe dicimus, vt duplicem naturam ſignificet vnti o humanitatis, eſt Divinitas.* Vnde vox iſta quid ſingulare ſignificat, quia vnicum ſuppoſitum eſt, etiam ſi ſit duplex ſubſtantia, & ipſe ait ibi cum SS.DD. Nazianz. & Syrillo, *Verbum illud, qui ex Deo eſt, non aliter Chriſtus eſſe intelligitur, quàm cum per-*

Si hic datur Chriſtus ante Angelos genitus, ad quid augetur authoritas, vt ſit Primogenitus, & deſpicitur ſua, quam grammaticus intelligit? dicentis. Mat. 19.4. *Qui fecit hominem ab initio maſculum, & fœminam fecit eos ... & erunt duo in carne vna.* Hi duo ſunt ſoli Chriſtus, & Mater. Ille adhæſit vxori Eccleſiæ vt Sacerdos ſine Patre, & Matre. Hebr.7.3. iam non duo, ſed vna caro. Mat. ibi

admi-

adminiſtratoriam vnionem, Archano modo, cum humanitate coniunctum eſt. Ac licet ſuppoſitum ſingulare ſit naturæ quas habet vnitas ſibi, ſpecificæ ſunt, dicit Damaſcenus: *Quin hoc dicimus, vnionem ex communibus eſſentijs factam eſſe.* Ita ex communibus, vt nulla redducatur ad individuum, ſed vt in Divinis, & humanis vna quæque natura eſt communis individuorum, *ait ipſe Doctor, ibi.* pag. 10. *Si Divinitatis rationem habeamus, eiuſdem cum Patre, & Spiritu Sancto eſſentiæ; ſi autem humanitatem ſpectemus, eius cum Matre, & cunctis hominibus.* Non eſt privatibe hæc authoritas, vel aliorum Patrum, quibus munitum eſt opus hoc illorum mens, ſed ſequuntur fidem Synodorum quatuor quos cum Nizæno ſequitur Eccleſia, & huius fidem ſtatuerunt obſervari tres poſteriores, & ſola ſecunda extendit hanc fidem Nizænam ſequentem. *Credimus in vnum Deum Omnipotentem viſibilium omnium, & inviſibilium, factorem, & in vnum Dominum Ieſum Chriſtum Filium Dei, natum ex Patre Vnigenitum. Hoc eſt ex ſubſtantia Patris. Natum, non factum, coeſſentialem Patri, per quem omnia facta ſunt, quæ in Cœlo, & quæ in terra, qui propter nos homines, & propter noſtram ſalutem deſcendit de Cœlo, & Incarnatus, & homo factus eſt, & in Spiritum Sanctum. Eos, qui dicunt fuit aliquando tempus quum non eſſet, aut non erat prius quam fieret, quia ex non exiſtentibus factus eſt, vel ex alia eſſe ſubſtantia, aut eſſentia. Anathematizat Sancta Catholica Eccleſia.* Ecce Ieſus Chriſtus tacito Verbo confitetur Vnigenitus, & Creator omnium, quod vlli non intelligunt niſi de Verbo; ſed Sancta Synodus totum intelligit de Ieſu Chriſto, quia non ſeparat Verbum ab illo, & ſic quando dicit: *Ante quam Abraham fieret ego ſum.* Ioan. 8. 25. & infra, *principium, qui loquor vobis*, qui non credunt Chriſtum Creatorem (licet in illa litera loquitur Ieſus, & ideo prior omnibus vt Creator) dicunt quod ibi loquitur verbum ſolum, ſed Synodus dicens, quod creavit *omnia, quæ in Cœlo, & quæ in terra credit melius*, & contrarium loquens contra Arrium, contra quem fuit eius congregatio, & tota fides

De iſta Carne aſſumpta, ſequitur Cayo Pap. & Mar. in marg. *Quid ſit quod Caro ſine Verbo non agit, & quid ſit, quod Verbum ſine Carne non efficit.* et quid quid Deus fecit, ab initio Christus fecit totum.

S. Hyeronim. ad Paulã, et Eustochiam, de Assumpt. in camedium.

Socrat. lib. 1. c. 8. 2.

Ex his verbis cur non diſtinguit Synodus, vel Eccleſia in Credo nomẽ Verbi à Chriſto? Quia non ſunt duo ſed vnum ſingulare ſuppoſitũ, & Perſonam quæ non dicit vel agit naturaliter ſine ſua natura, & ita Chriſtus ſine duabus, quia ſunt in eo duæ, vt inquit S. Cay. Pap. & Mart. Vetuſtus ex 2. ſæculo, vt ſupra.

Nota. quod fides, et Anathema huius Concilii, non dixit amplius quam S. Paulus Col. 1. ã n. 15. et seq.

ſicut

ſicut quod expreſſe damnat. Sc. *Eos, qui dicunt fuit aliquando tempus quum non eſſet, aut non erat, prius quam fieret quæ.* Duæ propoſitiones ſunt de Chriſto, I. qui non erat aliquando, aut prius quam fieret, hos Anathematizat Spiritus S. & Eccleſia. Ibi, & quæſo, quid aliud eſt non credere Chriſtum abinitio, quam dare tempus in quo non fuit Chriſtus incarnatus, & homo factus, vt datur in ipſa fide ante Anathema. Hoc vt melioribus teſtibus credatur, & conſtet fides, vt mens ex primo Concilio, vbi ſunt Epiſcopi, qui ſtatuerunt fidem cum Imperatore Conſtantino. In primo Concilio ex quatuor primis Eccleſiæ, quod fuit Nizænus Sc. Epiſcopus Alexandriæ Alexander heroe principalis eiuſdem Concilij, vt ipſum in ſua Epiſtola fatetur in Socrate poſt ipſum Concilium, & S. Athanaſius, qui maxime Iuvavit ipſum Alexandrum amiciſsimum eius contra Arrium, qui in ipſo Concilio aſtitit damnatus; & Epiſcopus Cæſarienſis Euſebius Pamphilius, qui ipſum Concilium contra Arrianos divulgavit, & Alexander ergo Alexandrinus contra Arrianos de ſuis blaſphemijs multum ſcripſit in duabus Epiſtolis, quas tradit Hiſtoria Tripartita. lib. 1. cap. 13. vbi notat inter alia, quod Arrius nominet creaturam, illam de quo dicit Pater Eternus, *ex vtero ante Luciferum genuit te*, & ipſe genitus, *Ego, & Pater vnum ſumus.* Aſt Athanaſius, inquit, *Liquet igitur omnia à Filio creata eſſe, vt Paulus de eo locutus eſt in eo Sc. Creata eſſe omnia, eumque eſſe ante omnia, vbi non dicit eum ante omnia creatum fuiſſe; ſed eum ante omnia exiſtere, Verbum certe creationis de omnibus dictum eſt, eſſe autem ante omnia ſoli Filio congruit, & perfectus ante omnem ſubſtantiam rationalem, vt & alibi dicitur, Primogenitus eſt omnis creaturæ* (ex S. Paulo. Coloſ. 1.) *fœtus Patris.* Hæc litera, & ſequens S. Athanaſij adeſt in tractatu, expoſitio fidei, vbi recte ex dictis datur pro homine primo, vt ait: *Ea quæ de Creatione dicta ſunt Corporaliter ad Ieſum referuntur.* Nota, quod Athanaſij eſt Symbolum primæ, & eſt in principio ſuorum operum. Si ergo ibi totum Chriſtum definit,

Coloſ.

S. Athanaſius.

de ſinit, vt confitemur ex fide, cur non clauſit ibi in eo naturam Divinam, ſine qua non eſt Chriſtus? Dico, quod Athanaſius, vt membrum legale Synodi Nizænæ, ſequtus fuit illius fidem, in qua dicitur Ieſus Chriſtus *Vnigenitus*, hoc eſt, ex ſubſtantia Patris, & idem eſt, quod eſſentia, & natura Patris. Aſt aliter excuſavit expreſſionem in Symbolo, quia ipſam naturam Divinam dedit in Chriſto, in principio mundi, & ipſam Incarnationem, vt in pag. 20. & alibi, in Evangelio de Sanctiſsima Deipara, vbi ait: *Incarnatus, & homo factus eſt. Idemque vt ait* (*Scriptura*) *ſæcula condidit; & ibi... Divinum Characterem humana eius forma ſtatum ſuum accepit, vnitione Sc. cum anima, atque ita ſit, vt Chriſtus duo pariter ſit, & vnum ſingulare: vnuſque item ſit, & non duo, & rurſus duo, & nequaquam vnum eſt ſecundum rationem duarum naturarum...Ideoque duas voluntates prædicamus, ſed nequaquam duos volentes, aut duos operantes, & vnum volentem ſecundum vnitatem Perſonæ...* Refert late ibi in Evangelio *Annuntiationem Angeli præ Incarnatione Verbi natura ibi ſuum Tabernaculum eligens, in ea Incarnationem aſſumens, vt in ea naturaliter ſecundum integritatem Deitatis Perſona Filij abinitio Deus, & vlterior initio, Carnem, & hominis conditionem indueret... Atque ſecundum hanc proportionem potius loquendum eſt, quod Deus fecerit hominem ſecundum Imaginem, & aſſumptæ humanitatis hominem Deus fecit, vt in ſe geſtans illud, quod ſecundum Imaginem, & ſimilitudinem Dei, eſſigiatum erat.* Multum latius ducit hunc diſcurſum, de primo homine Chriſto, & in ſua mente conſonat, ad hoc propoſitum dictum ſup. de expoſitione fidei. Et iterum ſup. in hoc tractatu Deiparæ, & prius, in Epiſtola de ſententia Dioniſij Epiſcopi Alex. contra Arrianos, vbi probat *Chriſtum fuiſſe ante Angelos*; & alibi probat Iacobum vidis ſe facie ad faciem Deum hominem in Geneſi. Ex quibus videbis, quod Incarnationem naturæ Divinæ non poſuit Athanaſius in Symbolo, fidei Chriſti, quem vocat in illo principio Deiferum hominem, quem ibi dicentem refert, *Ego ſum, primus, & ego ſum vnus in æternum*, & ma-

Athanaſ. Licet hoc reliquit ſecretum vſque ad cælum tertium, dictum S. Paulo in archanis. Coloſ. 1. quod non ante ſcivit Eccleſia, neque Angelus. Epheſ. 3. 10. vt in Iſaia *Secretum meum mihi.* Et Athanaſ. p. 24. *Incarnatus eſt ſecreto ſuo myſterio, quod ipſe novit, noſtrum eſt credere, & illius eſt noſſe.* Sed vt ſup. per Mat. ipſe declaravit, & per Moyſem, de Chriſto loquentem ſcitum reliquit. Ioan. 5. 45.

Idem. in Iſai.

manus mea fundavit terram. Ex Iſía. Quia ſupponit illius vnionem abinitio Creationis primi hominis, quod totum bene agnovit S.Auguſt. ibi. pag. 20.vbi ait: *Ipſe homo ex quo eſſe cæpit , Filius Dei vnicus eſſe cæpit.* Quod primo homine, vt Primogenito ſolum pertinet, & ſciendum eſt, quod non cæpit eſſe quando Annuntiatus per Angelum ſequta fuit nobis eius Nativitas ex S.Virgine. Sic diſtinguit S. Leo. ibi. p.14. cum S.Hyerònymo, dicens : *Verbi Incarnatio, hæc contullit facienda, quæ facta.* Ideo ibi pag.22.concedit gratiam Chriſti primam non fuiſſe nobis tunc, quæ prius cæpta erat, ita; *Gratia autem Dei, qua ſemper eſt vniverſitas iuſtificata Sanctorum aucta eſt in Chriſto naſcente, non cæpta.* Et Doctor illumin. Maírones, ibi. tenet prævíſsis Doctoribus de Annuntiatione: *Iſta quæ in ea fuerunt conſummata, cum tamen nihil fuerit inchoatum.* Vnde ſupponitur Incarnatio inchoata à principio mundi, vt inquit S.Epiphan.Clare.p.7. & hereſ.44. *Formavit Adam tunc, & ipſe Corpus à Maria Virgine in ſeipſum eformavit, & perfecte omnem ſuam Incarnationem chounivit, tunc ab ipſo formatam, & nunc in ſeipſum chounitam.* Ergo ex Auguſtino vt ſup. ibi. pag. 7. non credimus in eum, qui non fecit ſeipſum, quia non fecit omnia. Et antichior Origenes ibi.p.7. docet hoc ipſum dicens : *Omnia enim, & in omnibus eſt Chriſtus Vnigenitus, qui vt principium, in eo eſt homine, quem aſſumpſit, eſt etiam Chriſtus, vt principium quidem in Adam... Dicitur etiam Vir veniens poſt Ioannem, ante ipſum factus, & ante ipſum exiſtens, vt doceamur etiam hominem Filij Dei Divinitate ipſius commiſtum ante fuiſſe, quam naſceretur ex Maria.* Ideo nihil fecit Deus Chriſto non facto , quem vocat S. Dioniſ. *Divinæ actionis initium.* ibi.p.13. Hi autem duo præcederunt Concilium Nizænum. ac cæteri DD. ſciverunt eius Doctrinam, & fidem, quam tranſgreditur , qui non ſequitur dicta PP. & DD. Eccleſiæ , quia non dato Chriſto ante omnes, & omnia, *datur tempus in quo non erat*, quod eſt Anathematizatum in Scriptura, & hac Synodo ab Eccleſia Catholica ; iuxta literam ſupra datam, & S. Pauli, Galat. 1. eſt Anathema contra illos,

[Margin: Auguſt. — S.Hyronym. — Idem; Leo. — Mayron. — Epiphan. — Auguſt. — Origen. — S.Dioniſius.]

Grave ſentiunt multi, quod tanto tempore antepo-natur generatio. Chriſti. quo inquit S. Hierony-mus. ſup. pag.29. *Conſtat tempus non præjudicaſſe Sacramento vniti hominis, & Dei, &c.*

[Handwritten margin note: quando uenit plenitudo temporis factum est, quod in Christo semper factum fuit. S. Hyeron. p.14. — unde non est modo asignatus dies celebrandi conceptum actiuum B. M. sicut passiuum, quia misterium non fuit modo inchoatum. ex his SS. Ambros. Athanas. Augustin. Hyeronim. Dionis. Origenes. et Tertul.]

illos, qui accipiunt ex Beato Paulo aliud quam ipſe docuit nos, & ideo incurrunt in Anathema Sanctæ Eccleſiæ Catholicæ, nam negare Chriſtum ante omnes, & omnia, non eſt aliud, quam *dare tempus in quo non erat*, quod eſt ſequi Arrium, & eſt intrepida, & hæretica audatia, quia de illo homine qui redemit nos aufert per 50. ſæcula, quod ſit homo, & vivus, & Deus, qui fuit prior, dilectus, & electus à Deo, & eius Primogenitus. Chriſoſt. ibi. p. 34. ſuper S. Paul. Col. 1. *Quid eſt hic Primogenitus? Qui primus creatus.* Deus enim naturam Divinam voluit incarnatam eſſe in Chriſto, vt ſemper eſſet, & etiam mortuus viveret, nec vllo inſtanti de eſſet in mundo. Ex Synodo. ſup. deſpicit ergo duplex Anathema, & animam ſuam, ſi ignorantia non excuſatur, vel aliqua ratione tegente talem actionem, præſumens, ipſe negans ſcire amplius, quam PP. & DD. Eccleſiæ, qui fidem Nizænam ſequuntur. Deficit vnus teſtis, qui ſuffragavit Nizenum Concilium, & eius acta, quæ refert in Socrate, Euſebius Pamphilius Epiſcopus Cæſarienſis (qui eſt Doctor acceptus cum ſuis operibus, in Iure. C. Sancta Romana Eccleſia) in Calce dictæ primæ Synodi, & extenſius in Epiſtola, quam ſcripſit ad Arrianos; apud Theodoricum. lib. 1. c. 12. vbi refert ſingula acta Nizæni, & Præsbiteratus, & Epiſcopatus, cum quibus ipſe cum Imperatore Conſtantino votum promebat circa fidem ibi decretam. & vno puncto dixit. *Credo in vnum Deum, &c.* Et infra ponit expoſitionem Synodi. Et Imperatoris de choeſſentialitate Filij cum Patre, I. *Vnigenitus, hoc eſt, ex eſſentia Paterna, ſed prius excludit, quod vlla corporalis actio intelligatur cum fieri non poſſet, vt materiæ, ac corporis intelligibilium expers, intelligibilis natura corporalem affectionem ſuſtineret... Genitum ſuſcepimus* (non factum) *aiebant enim, quod factum dicitur convenire reliquis communiter creaturis conditis, per Filium cum quibus Filius conferri non poſsit, proinde ipſum non facturam eſſe ſimilẽ, ijs, quæ ipſe feciſſet, ſed præſtantioris eſſentiæ...* De hoc

Chriſoſtomi ratio eſt ibi, quia Eccleſia eſt in toto hominum genere, in qua primus eſt Chriſtus.

Optime ſentit Damaſcenus ipſum Chriſoſt. dicens. ibi. pag. 14. Corpus, & animam initio in Verbi perſona eodem momento extiterunt.

Cum debeat laudare humanitatem Chriſti: cum Scoto 3. d. 13. dicente. *In commendando Chriſtum malo excedere, quam deficere á laude ſibi debita, ſi propter ignorantiam oportet in alterum incidere.*

Euſebius Pamphilius.

Clarius, in Epiſtola citata in Socrat. lib. 1. cap. 8. *Illud vero, quod Patri Filius conſubſtantialis dicitur, expræſſe habere ſignificationem, quod nihil ſimilitudinis cum factis creaturis habeat Dei Filius, ſed ſoli Patri, qui ipſum genuit omnibus modis aſsimilatur.* Ex hac doctrina Nizena, quæ eſt S. Pauli tota, imbutus Euſebius Pamphilius, expræſſans proœmium ſui operis, ponit titulum, quod eſt primum in hiſtoria Eccleſiaſtica, his verbis. *Epitome ſummaria de ſervatore, ac Domino noſtro Ieſu Chriſto, quod ante Incarnationem quoque fuerit ac Deus ſit.* Quod extendit in titulo ſequenti. Qui Euſebius de Vita Conſtantini lib. 5. loquens de Chriſto ait: *Bonorum omnium Authorem Chriſtum eſſe.* Et interrogat, quæ eſt illius generatio? Intelligendum eſt ait: *Duplicem eſſe generationem, vnam quidem cognitam, hanc quæ ex partu eſt, alteram vero, quæ ex ſempiterna cauſa provenit, cum igitur ſine cauſa ſit nihil, neceſſe eſt cauſam eorum, quæ ſunt priorem eſſe illis, quorum eſt cauſa, atque ita, cum ſit mundus vna cum illis, quæ in eo ſunt, ſitque illorum conſervatio, neceſſe eſt præexiſtere exiſtentium ſervatorem; ita ut Chriſtus conſervationis, conſervatio vero exiſtentium ſit cauſa... quando vero ad homines, & terram hanc deſcenderit, ſicut & Prophætæ Vaticinati ſunt, eius eſt gubernationis, quæ cuncta reguntur neceſſe quidem eſt, vt Opifex operum ſuorum curam gerat.* Finit ſenſus Incarnationis, & partus. His ſenſus Euſebij, eſt genuina explicatio generationis Chriſti. Sc. Eſſe duas quaſi partiales, cum ſint in illo duæ naturæ. Divina cæpit, & perfecit; quia aſſumens carnem, & animam rationalem aliquod principium ſibi à ſe ſupponit, & Virginem, ex qua fuit carne aſſumpta, & cum ſit omnipotens perfecit, quod inchoavit, vt eſſet cum Chriſto Incarnata, quod explanabit Sapientiſsimus Theologus Theodorus. ibi: pag. 20. & iu Bibliot. PP. tom. 1. pag. 1. Græco latino: *Nunquam in vniverſum, humanitas Chriſti agens in hypoſtaſi cognita fuiſſet, niſi natura Divina Verbi Dei, in vterum Virginalem ingreſſa ipſo modo inexplicabili, hanc naturam ſibi formaſſet, & feciſſet.*

Nota, quod Deus fecit primum hominem cum fœmina, quem incorporavit cum Adã ſimili ſibi. Et in Eccli. 17. refertur SS. vitam totam maſculi, & fœminæ, ſed Adam perdidit ſimilitudinem.

Eccli. 17.

Euſebius Pamphilius. In hoc tractatu late in opere Catene. nu. 421. probat Chriſtum abinitio, cum tota Scriptura, eo modo, quo, S. Hieronym. de Aſſumptione. ad Paulam Epiſt.

Vide Iob. 23. 12.

De duplici principio lucis, quod ſenſu prophetico eſt poſſeſsio Chriſti. Et S. Paulum eadem duplicitate Chriſti exiſtentiæ circa Angelos explicata. Hebr. 1. 6. vbi ait, *Et cum iterum* (Theodorus) *introduxit Primogenitum in orbem terræ.*

Qui

Qui ſenſus expreſſum eſt SS. Epiphanij, & Ambroſij, ſup. & omnium PP. qui ponunt Christum abinitio, & ſunt citati pag. 19. Quia ſi Chriſtus eſt abinitio, non eſt niſi Incarnatus, & genitus; nam aliud eſt conſummatio huius Incarnationis, in tempore Annuntiationis, vnde datur principium, & conſummatio, cum proprietatibus, & curſu naturali naturæ humanæ. Vnde non caret hæc additio aliquo addito. Satis eſt dictum cum Synodis,& PP. vt ſileant oppoſiti reſiſtentes ſenſum Manifeſti; & credant Chriſtum fuiſſe primum hominem, quia Deus illi, & fœminæ ſubjecit omni mundi nullum poſitum illis præceptum privativum in aliquo, iuxta Pſalm. 8. cui correſpondet S. Paulus Hebr. 2. 8. vbi ſequitur eſſe Legiſlatorem mundi; & Iudicem in Iacob. 4. 12. Vnde non erat ſubijciendus legi, neque fœmina, quæ fuit creata tunc ab eo, & in vna carne cum Filio. Et ideo poſtuit Deus carnem novam in latere Adæ, quam non ſubjecit præcepto, quo poſito in Adam non erat ibi illa Caro, quam ſolum Beatæ Virginis poſſumus applicare iuxta fidem Eccleſiæ, quia Caro munda, & eſſempta in Adam, nulli individuo humano eſt poſſibilis. Et eſt notandus diſcurſus S. Leonis, non in ſenſu præcedente Annuntiationem. Serm. 3. de Nativit. de miſsiones Verbi tali modo, quo erat decreta dicens. S. Doctor: *Incarnatio hæc contulit facienda, quæ facta.* Sed in illo ſenſu Serm. 8. de Nativ. *Lapſu prævîſo à Deo, vbi cognovit, quod vnum ſolum fuit remedium ſub Divinæ rationis occultum ... ſi aliquis filiorum Adam originali prævaricationis alienus, atque innocens naſceretur, &c.* Hoc Sapientiale Iudicium mentis Dei, ſi in ipſa mente non erat aliud, impoſſibile ſupponitur, & ita eſt credendum, Iudicium S. Leonis, ſed eſt ita durum, quod expoſſuit, & ſubjécit illum innocentem ſingularem in natura, & Filium naturalem ſuum ad paſsionem, & mortem, quod fuit in ipſo Deo, & in mundo diſsimile, & incommutabile exemplar, proveniens ex miſeris peccati effectibus, & totum excuſabile eſſet, ſi Deus non impo-

Sunt aliqui moderniDD. qui PP. Eccleſiæ conſoni ſequuntur. de Chriſto abinitio. ibi. p. 11. & 5. Sc. Suarez. Vasques, Valentia, et Canisio. Cum + [illegible]

Ex S. Athanaſij. ſup. dante illum in corpore Creationis.
Et ex S. Ambroſ. lib. 6. de Sacram. dante illum primus, & ſolus in mundo.

\+ Cornel. alap. an. 982. de primatu in universo. inter Creationem universi, et nativitatem Christi, et B. V. est mutua quædam contra dependentia. Nec enim Deus nasci voluit christum, et B. Virg. nisi in universo, nec vicissim voluit universum hoc existere sine Christo. et B. Virg. dixerat enim ibi. S. Leo. Universi naturæ ordo institutus est, propter ordinem gratiæ. et quia inquit duo isti sunt causa finalis mundi, ideo primi in mundo sunt. ibi citat illos 4. Jesuitas,

imponeret præceptum homini Adæ ; & ideo Deus faceret hoc ſi in Iuſtitia ſua caperet , quod homo purus ſine lege poſitiva formatus viveret, vnde fit evidens , quod homo ille ante Adam creatus cum fœmina ſine præcepto , non erat homo purus, vt Adam, ſed ſimul erat Deus, qui vt Creator , & Iudex mundi conſtitutus non debebat ſubjici legi, quæ peccatum inducere poſſet, neque cum illo debeat ſequi talis Divina ſuperioritas, illi *qui non rapinam arbitratus eſt eſſe ſeco æqualem Deo*. Et idem intelligitur ſuo modo de fœmina, quæ debebat eſſe Deipara, eo quod fuerunt *duo in earne vna*. Quam ſibi Verbum identificavit , nec ab illa erat tunc ſeparatus, nam in ipſius ventre Incarnatus , & Creatus fuit ſimul. vt ſup. in Synodo Epheſina. *Quia naturam ſibi copulavit humanam, in ipſa vulua vteroque Virginali.* Manentem in ambobus, maſculo , & fœmina, liberam à præcepto , in quo eſt initium naturæ noſtræ, & finis preſentis additionis , in qua non fuit intentum arguere , vel convincere non Credentes Chriſtum abinitio, ante omnes , ſed tradere ſenſum , & mentem Eccleſiæ Catholicæ, quæ ſuper hoc exibeat oraculum Spiritu Sancti loquentis in ea , & ipſa Eccleſia in Santa Synodo fidem ſuam promat , cum Anathematæ opoſiti, vt eſt viſum ſup.

Ex S. Ambroſio lib. 6. de Sacram. vt ſup. & per tempora *erat ſemper in vtero Mariæ conſtitutus.*

FINIS.